DE NVMERO TESTIVM IN TESTAMENTIS REQVISITO,

Tàm in foro fori Ciuili, & Canonico, quàm in foro poli, & conſcientiæ,

PETRO DOMINICO MAGDALENO CAPIFERREO, I. C. PATRICIO ROMANO AVTHORE,

Tractatus,

Varijs quæſtionibus non inutilibus ad materiam ipſam accommodatis, ac duplici locupletiſſimo Indice exornatus.

Omnibus tàm iuris Cæſarei, & Pontificij, quàm ſacræ paginæ profeſſoribus apprimè vtilis.

CVM PRIVILEGIO.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA SALAMANCA

VENETIIS, apud Guerræos fratres, *ſumptibus Vincentij Pelagalli, bibliopolæ Romani*. M D LXXXVI.

COLL. SOC. IESV SALM. EX DONO REGVM.

PETRVS DOMINICVS MAGDALENVS CAPIFERREVS, PATRICIVS ROMANVS, I. C.

Sanctiſſimo ac Beatiſſimo

D. N. D. XYSTO V. PONT. OPT. MAX.

Felicitatem ſummam precatur.

NATVRAE humanæ præſtantia (Pater Sanctiſſime iuris, & legis Diuinæ moderator & interpres) unumquemq; tacitis ſtimulis ad decus, & gloriam excitat, ne abieciſſe magis quàm excoluiſſe ingenium videatur. Sed alius aliò curas, & cogitationes intendit, cum noſtræ voluntates non ſint vniuſmodi, quia ex animo, quaſi ex typo

PETRI DOMINICI MAGDALENI CAPIFERREI, I. C. PRAECLARISSIMI, Patricii, & Aduocati Romani,

DE NVMERO TESTIVM IN TESTAMENTIS REQVISITO.

Tractatus Pars Prima.

Quod Ius Ciuile poteſt ex iuſta cauſa ultra duos, uel tres teſtes de Iure Diuino, & naturali requiſitos, maiorem numerum exigere. Cap. I.

SVMMARIVM.

1 *Teſtes duo regulariter ſufficiunt ad rei probationem.*

2 *Regula duorum teſtium comprobatur iure humano, & Diuino.*

3 *In ore duorum, vel trium teſtium ſtat omne verbum.*

4 *Chriſtus argumentatur contra Iudeos duorum hominum inquiens teſtimonium verum eſſe.*

5 *Quod eſt de Iure Diuino, eſt de Iure naturali.*

6 *Regula præfata procedit de Iure Diuino, naturali, & gentium primæuo.*

7 *Et fundatur in lumine rationis naturalis.*

8 *Et regula illa in primo membro deſignat neceſſitatem in ſecundo abundantius complementum.*

9 *In numero trium perſona agentis comprehenditur.*

10 *Multoties ab hac regula receditur ob aliquam particularem rationem.*

11 *In tantum quod aliquando etiam vſque ad numerum ſeptuaginta duo requiruntur.*

12 *Ius humanum mutabile eſt. Diuinum vero, & naturale, ſempiternum, & immutabile.*

13 *Ius Diuinum ita probauit numerum duorũ, vt velut iniquum iudicaret quempiam vnius teſtimonio damnari.*

14 *Illud verbum duorum exponitur, ideſt non pauciorum.*

15 *Certitudo non eſt in omni materia ſimiliter exquirenda.*

16 *Lex Ciuilis iuſte potuit recedere à regaul duorum teſtium in materia teſtamentorum propter maiora pericula falſitatum*

A qua

cedit, ut Deus, & tanquam Vicarius Ieſu Chriſti, & ſic fit ſeparatio, & diſſolutio matrimonij diuina potiusquã humana authoritate, ut reſpondet, & declarat idem Summus Pontifex Innocen. III. in c. inter corporalia. & in c. quanto. & cap. licet. de transla. epiſ. Ancha. in conſi. 239. & poſt eum Dec. d. conſi. 112. ſub d. nu. 6. in uerſi. ſecundo reſpondetur. ad cætera uero patet reſponſio ex ſupra adductis, ſuper quibus non expedit hic latius inſiſtere, cum nimis aliena à principali noſtro inſtituto uideri poſſint.

Omnibus igitur contrarijs abſolutis firma remanet principalis noſtra concluſio, quod in foro conſcientiæ ualida eſt, & ſeruanda nuda, & ſimplex uoluntas teſtatoris abſque ulla ſollennitate iuris poſitiui, quam latiſſime ſupra explanauimus, & declarauimus.

269 Ad ſummum igitur, ut concludamus, proteſtor cuncta, quæ per me Petrum Dominicum Magdalenum de Capiteferreo in hoc opere prodiere, ſubiecta eſſe uelle determinationi Sanctæ Matris Eccleſiæ, cui ſemper in omnibus, & per omnia humillime me ſubiectum eſſe profiteor, ad laudem Omnipotentis Dei Patris Filij & Spiritus Sancti, ac Glorioſiſſimæ ſemper Virginis Dei Genitricis Mariæ. Amen.

Tertiæ Partis totius Tractatus Finis.

Venetijs, ex Typographia Guerræa.

M D LXXXVI.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA SALAMANCA